



AGNELLI

LIBER PONTIFICALIS.

PARS PRIMA.

Complectens Vitas eorum, qui floruerunt
à S. Apollinaris tempore, usque
ad Ecclesium.

*Vobis rogantibus ordinatum Libellum de Ordine Pontificalis Successionis, Pontificum,
qui Sedem S. Apollinaris nutriverunt, sicut veritas, & argumentatio vestri
Agnelli, qui est Andreas ipsius orthodoxæ Sedis Ravennæ,
potuit reperire, & cognoscere.*

PROLOGUS INCIPIT.

*Historiæ scribendæ fontes aperit, eisdem fidem adstruit; Operis difficultatem exaggerat;
Numinis opem implorat Auctor.*



placuit, disertam fecit. Confido etenim orationibus vestris gratiam fandi meis sermonibus Deum donare, ut sanctorum præcedentium Sedis Antistitum Patrum Ravennatis Ecclesiæ, qualiter unusquisque suis temporibus facta peregit, pro eo quod vos me sermonibus coëgestis, in quantum potuero, ad memoriam revocare; non solum quod eorum facta perpexi,

Ratias vobis necesse est agere Deo Patri, & Filio ejus, simulque Spiritui Sancto, tri-næ Majestati, unicæ Potestati, quod me pollutis labiis reduxit, & linguam aridam, in quantum illi

A verum etiam ex auditu, quæ mihi Seniores nostri retulerunt, vestris auribus patefaciam. Moyses enim præexcellens vir, inspirante Deo, Genesim Librum descripsit. Ipse enim ait; Interroga Patres tuos, & nuntiabunt tibi, Seniores tuos, & dicent tibi, & Job; Interroga generationes pristinas, & diligenter investiga patrum memorias. Ex stirpe enim Abraham Moyses descendit, & antequam Abraham nasceretur totius hujus Mundi fabrica à Deo facta fuisse memoratur. Marcus etiam Petri Apostoli Discipulus, & in baptismo filius non corporaliter Domini secutus fuit vestigia, neque ullam miracula ab eo facta vidit, sed Petro enarrante Evangelium exaravit. Lucas vero Petri (1) Apostoli ministrator imbutus ab eo doctrinâ, Evangelii aperuit fontem. Multi etiam alii ex auditu volumina condiderunt; sicut in vitas Patrum legitur; narravit mihi quidam Senex &c. Nonne Gregorius Sedis Romanæ Ecclesiæ Antistes in plurimis locis Libri Dialogorum retulit

(1) Pauli. Mur.